

divinæ in homine Gratiæ operationes, juxta definitam ab Ecclesia doctrinam explicentur? Dum necessitas Gratiæ salvatur ad initium fidei, ad sanitatem, ad credendum, spe-

## GRATIA, UT EST GRATIOSUM RESCRIPTUM.

## SUMMARIUM.

1 ad 5. Quomodo revocetur Gratia a Papa concessa. — 4 ad 5. Et Gratia facta ad beneplacitum concedentis. — 6. Et Gratia concessa ad beneplacitum Sedis Apostolicæ. — 7. Et Gratia facta ad beneplacitum personæ et dignitatis. — 8. Et Gratia concessa cum clausula, *donec revocaverimus, donec aliud duxerimus ordinandum*, et hujusmodi. — 9 ad 11. Quomodo Gratia Papæ robur accipiat. — 12. Scriptura autem, seu Litteræ Apostolicæ requiruntur tantum ad probationem gratiæ. — 13. Optimum dictum Gonzalez circa hoc. — 14. Gratia concessa per Pontificem prædecessorem absque expeditione Bullarum, est exsequenda per successorem expeditis litteris sub forma: *Rationi congruit*. — 15. Talis Regula suffragatur tantum quoad Pontifices nominatos. — 16. Hæc regula, desumpta fuit ex jure communi. — 17. Novus Papa solum testatur de Gratia concessa.

(1. Gratia, quam Papa concesserit, eo mortuo non revocatur, etiamsi adhuc res integra maneant; c. *Si super Gratia* 9. de *Offic. deleg.* in 6, ibi: « Ipsa Gratia, licet nondum sit in ejus executionem processum, morte non perimitur concedentis: » cap. *Si cui* 36 de *Præbend.* eo lem in 6, ibi: « Hujusmodi concessio (quam, cum speciale gratiam contineat, decet esse mansuram) non expirat, etiam re integra per obitum concedentis. » Gonzal. ad regul. 8, Cancellar. gloss. 12, in prin. numer. 32 et seq., ubi in pluribus exemplis hoc ipsum demonstrat, Barbosa de *Offic. et Potest. Episcop.* lib. 1, num. 8. Card. de Luca de *Pension.* disc. 1, num. 23. Reiffenstuel lib. 1 Decretal., tit. 3, num. 230, ubi testatur de communi circa Gratiam jam factam, ut supponit nostra conclusio. (2. Secus autem circa Gratiam faciendam, id est quando Rescriptum Apostolicum continet Gratiam primum faciendam, sed concessam non in proprium recipientis litteras, sed in alterius duntaxat favorem, quia tunc ejusmodi Gratia faciendæ expirat morte concedentis re adhuc integra, textu expresso in cit. cap. *Si cui* 36 de *Præbend.* in 6, § final. ibi: « Secus si super provisione certæ personæ faciendæ sit data potestas eidem, non ob suam, sed ejus, cui provideri mandatur, Gratiam vel favorem, illa quidem expirat omnino: si concedens re integra moriatur. » (3. Et ratio disparitatis est clara, quia circa gratiam jam factam, seu quando Rescriptum Apostolicum continet *Gratiam factam*, jam illi, cui talis Gratia facta est, fuit jus acquisitum, quod non decet ei amplius auferri ratione solius mortis concedentis. E contra vero circa *Gratiam faciendam*, seu quando Rescriptum Apostolicum continet *Gratiam primum faciendam*, nulli adhuc jus quæsitum fuit; unde nullum est inconveniens, quod talis Gratia veluti primum faciendæ expiret morte concedentis re adhuc integra, seu cum in ejusdem executione needum cæptum est procedi.

randum, agendumque ut oportet, libertas una cum Gratia operante, et mysterium in concilianda Gratia cum libero arbitrio, salva fides ac Ecclesiæ doctrina est.

— 18. An ista expeditio requirat, ut supplicatio sit signata tempore antecessoris. — 19. Cui consignandæ sint supplicationes signatæ statim mortuo Papa. — 20 ad 25. De Gratia concessa cum clausula: *Ex nunc prout ex tunc*. — 24 ad 26. Quando Gratia dicatur conditionalis, et quomodo cesset. — 27 ad 31. Quomodo regulanda sit. — 32. De Gratia alicui concessa præterquam in certo casu. — 33. De Gratia concessa cum aliqua limitatione. — 34. De Gratia concessa cum clausula: *dummodo tempore datæ presentium non fuerit alteri Jus quæsitum*. — 35. De Gratia Apostolica facta sine præjudicio alterius. — 36. Clausulæ præservativæ reddunt gratiam conditionalem. — 37 ad 52. De Gratia *Si neutri*, ejusque conditionibus. — 53 ad 60. De Gratia *in forma dignum*, ejusque affectibus. — 61 ad 71. De Gratia derogatoria Jurispatronatus in totum. — 72 ad 80. De Gratia pro præsentato cum derogatione medietatis vocum. — 81 ad 89. De Gratia *Si neutri*.

(4. Gratia facta ad beneplacitum concedentis, durat, donec ille eam revocaverit, quia istud beneplacitum nulli subjacet legi, adnotat. in leg. *Fideicommissa*, § *Quamquam*, ff. de *Legat.* ubi glossa verb. *Voluerit*, Natt. consil. 508, num. 5, vol. 3, Cokhier de *Jurisd. ordinaria in exempt.* part. 3, q. 5, num. 3. Barbosa, clausula 8, num. 2, et alii passim. (5. Aut donec ipse concedens moriatur, quia morte voluntas solvitur, et exstinguitur, textu expresso in cap. *Si gratiose* 5 de *Rescriptis*, ibi: « Hujusmodi Gratia per ejus obitum (per quem ipsius beneplacitum omnino exstinguitur) eo ipso expirat. » Et sic communis doctorum cum Barbosa loc. citat. et Reiffenstuel loc. cit., num. 260. Card. de Luca disc. 48, num. 4. (6. Gratia concessa ad beneplacitum Sedis Apostolicæ, aut interim, dum Sedes Apostolica voluerit, non expirat morte Papæ concedentis, sed opus est expressa revocatione, textu expresso in d. cap. *Si gratiose*, ibi: « Secus autem si usque ad Apostolicæ Sedis beneplacitum Gratia concedatur prædicta, » tunc enim quia Sedes ipsa non moritur, durabit perpetuo, nisi a successore fuerit revocata. Sic etiam communis cum præcatis. (7. Si Gratia fieret, et concederetur ad beneplacitum personæ, et dignitatis, quæ perpetua est, aliqui volunt, quod præponderet dignitas, et sic quod illa Gratia minime exstinguatur morte concedentis, cum dignitas sit perpetua. Ita Joan. Andr. in d. cap. *Si gratiose* num. 6, in fine. Alii autem volunt, quod præponderet nomen, quod præcedit, et sic quod gratia non exstinguatur, si præcedat nomen dignitatis; arg. cap. *Quoniam* 14 de *Offic. et Potest. Judic. Delegat.* quia dignitas non moritur, neque variatur per mortem, et variationem personæ; cit. cap. *Si gratiose* 5 de *Rescriptis* in 6. et quod exstinguatur, si præcedat nomen personæ, quia tunc sequitur personam, et veluti accessoria exstinguitur cum persona, arg. cap. *Privilegium personale* 7. de *Regul. Juris* in 6.

et cap. *Accessorium* 42. de *Regul. Juris* etiam in 6. Et sic tenent Imola in d. cap. *Si gratiose*; ut eum referunt Dominicus ibid. num. 6. et Franch. in fine, et Barbosa loc. cit. num. 6. (8. Gratia concessa cum clausula *donec revocaverimus, donec aliud duxerimus ordinandum*, et hujusmodi, durat perpetuo, nisi a concedente, vel successore ipsius revocetur, neque expirat morte concedentis. Sic Barbosa claus. 43, num. 21, Theodor. de Rub. in singul. Rotæ tom. 2, par. 4, claus. 230. Reiff. loc. cit. num. 263. Menochius de *Arbitr. Judic.* lib. 1, quæst. 69, num. 12, citans communem aliorum contra Bartolum. Et ratio est, quia ad revocationem requiritur actus positivus contrarius, qualis non habetur per solam mortem concedentis, nam aliud est voluntatem cessare, et aliud eam revocare: prius sit per mortem; l. 4, ff. *Locati*, posterius autem requirit factum quoddam, nempe novam dispositionem, et expressionem ipsius revocationis, Menochius consil. 360, num. 9, cum aliis. Barbosa loc. cit. Reiffenstuel loc. cit.

(9. Gratia solo verbo Papæ perficitur etiam litteris non expeditis; cap. *Inquisitionis* 23, qu. 1. Clement. dudum, de *Sepulturis* § ult. Archidiacon. Jo. Andr. in proem. 6. Decretal. Felin. in cap. *In nostra* in fin. de *Rescript.* Pyrrhus Corrad. *Prax. dispens. Apostolic.* lib. 1, cap. 6, n. 4. Rota part. 1, recent. decis. 585, num. 2, par. 7, decis. 218, n. 7, par. 8, dec. 79, num. 21. (10. Gratia recipit robur et virtutem suam, et regulatur a sola signatura Papæ a die ejusdem datæ; Rota part. 2, decis. 327, n. 1 et seq. p. 8, decis. 70, n. 17, p. 17, dec. 270, n. 4, p. 18, to. 2, dec. 469, n. 5, p. 19, tom. 2, decis. 648, num. 4. (11. Gratia Papæ per solam signaturam perficitur; Rota part. 6, decis. 38, num. 80 et seq. part. 17, decis. 270, num. 5. (12. Scriptura autem, seu litteræ Apostolicæ re-

(10) Huic opinioni contraria videtur Cancellariæ praxis. « In Regula enim 27. de non judicando juxta formam supplicationum, sed litterarum expeditarum habetur. Cum ante confectionem litterarum gratia sit informis.... Judices vel in Romana Curia, vel extra eam existentes, et quicumque alii non juxta supplicationum signaturam super quibusvis impetrationibus, sed juxta litterarum super iisdem impetrationibus, et concessionibus, confectarum tenores, et formas judicare debent. » In Regula 31. non valeant commissiones causarum nisi litteris expeditis. Statuitur quod omnes commissiones causarum obtentu, vel occasione concessionum duntaxat gratiarum apostolicarum de beneficiis ecclesiasticis, super quibus litteræ Apostolicæ confectæ non fuerint ac processus desuper habendi nullius sint roboris, vel momenti. Demum Regula 52 ut nulli suffragetur dispensatio nisi litteris confectis addit, quod gratia cujuscunque dispensationis nulli cuiquam in judicio vel extra suffragetur, antequam super ea litteræ Apostolicæ sint confectæ. » Hinc factum est, ut per solam signaturam cum informis reputetur gratia, executioni nequeat demandari, et irrita remanet executio facta sine litteris pergamenis gothica manu conscriptis, et signo plumbeo communitis, vel sine authentico earum transumpto. Quinimo ipso jure vacare dicitur beneficium illud, cujus possessio sit absque litteris Pontificiis capta, ut ex Constit. *Sanctissimus in Christo Julii III* inter suas

quiruntur tantum ad probationem Gratiæ; Rota locis mox citatis, Mascard. de *probationibus* concl. 843, num. 10. Pyrrhus Corrad. loc. cit. n. 7. Gonzal. ad Reg. 8. Cancell. (13. Glossa 2, n. 47, ubi dicit, quod in lingua Principis stat Gratia, et in scriptura testimonium, et in executione commodum (10). (14. Gratia concessa per Pontificem prædecessorem absque expeditione Bullarum, est exsequenda per successorem expeditis litteris sub forma: *Rationi congruit*. Card. Petra tom. 3, in comment. in Constit. 1, Pii II, n. 12, ubi tradit etiam tenorem talium litterarum; Rota part. 12, decis. 121, n. 5, et habetur ex Regula decima Cancellariæ, in qua super litteris non expeditis solet concedi facultas expeditionis pro gratiis factis, et non expeditis a duobus antecessoribus Pontificibus tantum. (15. Unde Regula tantum quoad nominatos Pontifices suffragatur, quia cæteri non nominati exclusi censentur; Amyden. de *Stylo Datarie* lib. 1, cap. 21, numer. 14. Card. Petra loc. cit. num. 15, et alii passim (11).

(16. Hæc regula Cancellariæ, seu hic modus expediendi litteras ab antecessore, seu antecessoribus non expeditas, desumptus fuit ex jure communi, in cap. *Litteris, de Rescriptis*. Ex quo canone arguunt DD. Pontifices successores ex congruenti ratione deberi exsequi gratias, quas concesserunt prædecessores, et morte præventi exsequi non potuerint. Barbosa in cap. *Litteris* num. 5. Mandos. in *Regula de Litteris in forma, Rationi congruit, expediendis*, quæst. 2, n. 5. Rosa de *execut. Litterarum Apostolicarum* part. 1, c. 2, n. 19. et sequens. Card. Petra loc. cit. num. 16. (17. Hinc novus Papa nullam facit gratiam de novo, sed solum testatur de Gratia concessa, vel exsequitur eam, juxta verba Gregorii IX. in cit. cap. *Litteris*, ibi: « Cum factum prædecessoris nostri potius, quam nostrum, fuerimus prosecuti. » (18. An ista expeditio requirat,

30. juxta Bullar. *Mainard.* tom. IV, part. 4, pag. 306, coll. 2, in fin. Paulus III antea sub pena excommunicationis latæ sententiæ prohibuit Officialibus transumptorum concessionem litteris non expeditis. *Constit. 64 Bullar. Mainard.* tom. IV, part. 1, pag. 248. Nullius pariter roboris declaratur Cathedralium et Abbatialium Ecclesiarum capta possessio absque litteris Apostolicis, ut luculenter definitivit Urbanus VIII in extravagan. Injunctæ 1. de Electione. (EDIT. BARBIELL.)

(11) Ex citata « Regula Cancellariæ 10 de litteris in forma *Rationi Congruit* expediendis » successores Pontifices solent sex mensium spatium præfigere ad expediendas litteras pro gratiis a prædecessore concessis, quinimo in multis gratiis ad evitandas fraudes apponi solet ex Datarie Stylo clausula, « quod infra tres menses proximos litteræ Apostolicæ desuper expediri debeant; » Rigant. in dictam Regul. 10, num. 65. Ex edicto vero speciali Datarie obtinentibus beneficia, sive simplicia, sive residentialia solet præfigi terminus sex mensium ad expediendas litteras, quibus peractis eadem beneficia possunt ab aliis jure impetrari; Rigant. loc. cit. num. 72. Gagliard. de *Benefic. Eccles.* cap. 40 de *Collat.* § 7. Ad Ecclesias tamen Cathedrales pro litterarum expeditione unius integri anni spatium concedi tradit; Fagnan. et Thomassin. apud eundem Rigant. l. c. n. 74. (EDIT. BARBIELL.)

ut supplicatio sit signata tempore antecessoris, vel sufficiat si Gratia sit facta solo verbo Papæ, variant doctores; Rebuffus ad Regul. 10. Cancellar. numer. 8, dicit vidisse hujusmodi litteras expeditas per successorem super Gratia viva voce facta ab antecessore, sed jure probata; Mandos. loc. cit. qu. 11, affirmat in Gratia etiam verbo facta, si Papa statim moriatur, vel æger fiat usque ad mortem, ut expediatur istæ litteræ in forma, *Rationi congruit*; secus si diu supervivat, quia sibi imputet impetrans, si supplicationem signari omiserit; Glossator antiquus hujus Regulae decimæ numer. 2, quem sequitur Amyden. loc. cit. num. 18, dicit non posse expediri has litteras, nisi in Gratia per supplicationem signata. Corrad. vero citatus a Card. Petra loc. cit. num. 21, dicit, quod si Papa mandaverit expediri, Jure expedirentur sub ipso, sed ex Stylo non solent expediri hæ litteræ, nisi signata fuerit supplicatio tempore antecessoris; quia mora non obtinendi supplicationem signatam debet impetranti nocere, quia ex Regula 25, Juris in 6. *Mora sua cuiilibet est nociva*, et idem docet Rosa loc. cit. num. 25, Card. Petra loc. cit. sub num. 21, ubi dicit, quod vere si deberent expediri litteræ hujusmodi, super Gratia solo verbo facta, plures fraudes occurrere possent pro probanda tali Gratia per testes, aut alio modo. (19. Hinc inolevit mos, quod supplicationes signatæ statim mortuo Papa consignentur Collegio Cardinalium sigillatæ, ut præsententur futuro Pontifici, et sic supplicatione signata Gratiæ non expirat morte Papæ concedentis, etiamsi litteræ expeditæ non sint, sed sunt expediendæ per Papam successorem sub dicta forma, *Rationi congruit*. Rota part. 18, tom. III, decis. 808, num. 15. Card. de Luca de Pensionibus, disc. 44, numer. 6. Rota loc. cit. numer. 18 et 20. Card. Petra loc. cit. sub numer. 21, et alii passim.

(20. Gratiam non suspendit Clausula, *Ex nunc prout ex tunc*, quando est apposita in collatione de vacanti, secus si de vacaturo.

(12. Expectativas omnes sustulit Concilium Tridentinum session. 24. cap. 19 de Reformatione. « De cernit sancta Synodus Mandata de providendo, et Gratiis, quæ expectativæ dicuntur nemini amplius etiam Collegiis, Universitatibus, Senatibus, et aliis singularibus personis, etiam sub nomine indulti, aut ad certam summam vel alio quovis colore concedi; nec hactenus concessis cuiquam uti licere. Sed nec reservationes mentales, nec aliæ quæcunque Gratiæ ad vacatura, nec indulta ad alienas Ecclesias, vel Monasteria alicui etiam ex Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus concedantur, et hactenus concessa abrogata esse censeantur. » Et Cancellariæ Regula 21 ita statuit: « Si quis supplicaverit sibi de beneficio quocunque tanquam per obitum alicujus, licet tunc viventis vacante provideri, et postea per obitum ejus vacet: provisio, et quævis dispositio etiam vigore alterius novæ supplicationis, vel gratiæ dicto supplicanti per obitum hujusmodi denuo faciendæ nullius sint roboris vel momenti. » Harum constitutionum vigore si quis aliquod beneficium ante ipsius vacationem jam vacare per obitum exposuerit, duplici coercetur pœna, nullum videlicet ad illud acquiri jus, quamvis gratia collationis post obitum

Cassad. decis. 3, num. 15, de Præbend. Crescent. dec. 7, num. 13 et 19, de Conces. præbend. Achill. decis. 7, num. 4, de Renunc. et fuit dictum in una Illerden. Canonicatus 25 Octobris 1597, coram Cardin. Pamphil. ut referunt Mart. claus. 54, num. 2. Aloysius Ricc. in Collect. dec. part. 1. Collect. 753, in princip. Barbosa claus. 61, num. 5. (21. Dicta enim clausula operatur, quod unum tempus alteri inesse dicatur. Rota part. 3, dec. 770, num. 3, part. 5, tom. I, decis. 350, num. 9, et communis Doctorum cum Barbosa loc. cit. num. 6. (22. Gratia expectativæ concessa cum clausula *Ex nunc prout ex tunc*, retrotrahitur ad tempus datæ ipsius Gratiæ; Felin. in c. *Licet causam* num. 6, de Probat. Alexander consil. 211, n. 13, unde perinde est, ac si Papa tempore datæ primam Gratiam contulisset; Crescent. dec. 4, lib. 2, alias decis. 7, num. 13, de Concession. præbend. Ferret. consil. 314, num. 7, lib. 2. Barbosa loc. cit. num. 7. Rota in Anconitana Canonicatus 8 Octobris 1592, coram Penna. (23. Gratia ita dicitur perfecta, si Papa concordat expectativam de beneficio vacaturo cum clausula: *Ex nunc prout ex tunc*, ut non exspiret morte concedentis, ut fuit dictum in una Calaguritana Canonicatus 1 Junii 1591, coram Penna, cujus meminerunt Gonzalez ad Regul. 8, Cancellar. Gloss. 12, num. 42, vers. *Sic etiam Lotter de Re beneficiar.* lib. 1, quæst. 29, num. 34. Barbosa loc. cit. num. 9 (12).

(24. Gratia conditionalis expirat per mortem Papæ concedentis ante illius purificationem. Card. de Luca de Pension. disc. 1, num. 14. (25. Gratia dicitur conditionalis per tacitam conditionem, si preces veritati nitantur. Rot. p. 13, dec. 353, num. 1. (26. Dicitur etiam conditionalis emacata cum clausulis, *Ut asseris, Dummodo Constito, Si ita est, et hujusmodi aliis* Rota part. 5, tom. I, dec. 142, n. 5, part. 7, dec. 157, n. 3, et part. 17, dec. 41, num. 2, part. 19, tom. I, dec. 379, num. 2. (27. Gratia concessa sub aliqua conditione, regulari debet ab ipsa

fortasse prodiderit, quod intelligendum est quando a die obitus beneficiati ad diem resignationis Gratiæ tantum temporis spatium non intercessit, quod sufficiat ad habendam quodammodo notitiam vacationis, ex Regul. Cancellariæ 50, ibique Rigant. num. 1. Fleury lib. 2, Instit. jur. canon. cap. 21. Gagliard. de Benefic. Eccles. cap. 6, § 7. Deinde sit inhabilis ad postulandum etiam post secutam vacationem per Ecclesiasticas censuras jure communi sancitas. Gagliard. de Benefic. Eccles. c. 6, § 6. Quæ Regula indistincte in collationibus etiam Ordinariorum aut Legati Apostolici locum habet, ut ex communi DD. sententia testatur Rigant. in Regul. 21, num. 17, seq. et in Regul. 50, num. 26 et seq. Ab his tamen Constitutionibus exceptos volunt Equites Hierosolymitanos; Loter. de Re benefic. lib. 2, q. 15, num. 44. Rot. cor. Langet. decis. 618, num. 13 et 14; quæ tamen exceptio non satis rationi jurisque principiis conveniens videtur. Cum enim expectativa votum captandæ mortis in se contineat, quod est contra bonos mores, non video cur hoc nonnullis concedi debeat dum cæteris omnibus prohibitum est, dummodo in expetentibus hoc modo comendas hoc votum excludatur. (EDIT. BARBIELL.)

conditione; Rota part. 11, dec. 206, num. 6, p. 14, dec. 536, n. 86, (28. ad quem effectum requirit præcisam, et concludentem justificationem; Rota part. 7, dec. 157, num. 3, p. 12, dec. 341, n. 2, p. 14, dec. 15, n. 12, p. 19, tom. I, decis. 379, num. 9 et 10. (29. Et interim stat in suspensio, nec capi potest alia provisio, donec per necessarias probationes verificetur. Rota part. 10, decis. 122, num. 21, part. 19, tom. I, dec. 379, num. 10. (30. Hinc fit quod Gratia conditionalis cessat, cessante vel non purificata conditione; Rota part. 4, tom. I, decis. 184, sub num. 1, decis. 641, num. 2, part. 7, decis. 237, n. 5, part. 11, dec. 187, n. 11, part. 14, decis. 88, num. 14, part. 15, dec. 147, n. 19, part. 16, dec. 186, num. 4, p. 18, tom. II, decis. 416, num. 5. (31. Purificata vero conditione, perinde est ac si ab initio simpliciter emanasset; Rota part. 13, decis. 62, num. 17.

(32. Gratia alicui concessa, præterquam in certo casu, si ille casus evenierit, cessat; Rota part. 14, dec. 536, num. 124. Et Gratia concessa cum aliqua limitatione subsistit, donec venerit casus limitationis, et interim dicitur pura; Rota ibid. num. 518. (33. Gratia concessa cum clausula: *dummodo tempore datæ præsentium non fuerit alteri jus quæsitum*, constituit quod alter habeat legitimum jus, resolvitur, ac si non fuisset concessa; Rota part. 9, tom. I, dec. 254, num. 9. (34. Prout Gratia Apostolica facta sine præjudicio alterius habetur pro non facta, si ex ea aliquod præjudicium resultet; Rota part. 4, tom. II, dec. 260, num. 13 et seq. par. 18, tom. II, dec. 495, num. 10. (35. Facta enim cum præservativa juris alterius, vel sine derogatione eidem tertio præjudicare non potest; Rota part. 18, tom. I, dec. 139, num. 12. (36. Et in omni casu clausulæ præservativæ reddunt Gratiam conditionalem, et præservant jus alteri ex antecedenti provisione quæsitum; Rota p. 19, t. II, dec. 566, n. 21.

(37. Per Gratiam *Si neutri* acquiritur Beneficium, quando neuter litigantium super illud jus habet; Barbosa clausula 164, num. 2, cum aliis ibi citatis. (38. Gratia *Si neutri* est conditionalis dummodo scilicet per eventum litis apparuerit neutri jus competere; Rota part. 4, tom. I, dec. 220, num. 6. (39. Gratia *Si neutri* ita pendet a futuro litis eventu ut antequam operetur effectum suum, debeat expectari dictus eventus; Barbosa d. clausula 164, num. 5, cum multis ibi citatis; Rota part. 2, dec. 726, num. 3. Et interim nullum jus tribuit, non impleta conditione, seu non impleto tali eventu; Rota p. 19, t. I, dec. 223, n. 18. (40. Gratia *Si neutri* non habet locum, nisi quando Beneficium est litigiosum, lite nondum extincta; Gonzal. ad Regul. 8, Cancellar. Gloss. 32, num. 4, Azor. Instit. moral., part. 2, lib. 7, cap. 72. Barbosa loc. citat. num. 6. (41. Imo Gratia *Si neutri* requirit litem de tempore datæ Gratiæ; Garcias de Benefic. part. 6, cap. 2, num. 212 et seq. Mant. decis. 56, n. 1. Verall. decis. 34, num. 1 et sequent. par. 2, et resolutum fuit in *Gerundensi Hebdomada-*

riæ 13 Junii 1602, coram Patriarcha Pamphilio impressa per Farinac. decis. 456, n. 1, p. 2. recent. Sicuti enim piscis nequit esse sine aqua, ita nec Gratia *Si neutri* sine lite, ut fuit dictum a Rota in Salamantina Archidiaconatus 16 Junii 1581, coram Rubeo. (42. Unde Gratia *Si neutri* non conceditur pro lite movenda; Barbosa loc. cit., num. 8. Verall. decis. 34, num. 4, part. 2, et fuit resolutum a Rota in Verdun. Canonicatus impressa per Nicol. Garciam de Benefic. par. 1, cap. 3, num. 44. (43. Gratia *Si neutri* ut suffragetur, debet, ultra litem, verificari duplex conditio, videlicet, quod Beneficium vacet, et quod neutri jus competat; Barb. d. clausula 164, n. 4, cum multis ibi citatis; Rota p. 2, dec. 726, n. 1. (44. Quibus probatis, scilicet vacatione Beneficii, lite inter provisiones, et non jure utriusque, habet executionem paratam; Rota p. 12, dec. 298, n. 12, p. 17, dec. 298, n. 1.

(45. Satis autem probatur lis, seu Beneficium esse litigiosum ex commissione causæ appellationis, ex citatione cum inhibitione, et illius executione; Rota part. 2, decis. 81, num. 1, et dec. 455, num. 1. (46. Non jus impetrantis probatur ex ipsiusmet impetrantis confessione, et ex non justificatione prioris Gratiæ; Rota part. 2, dec. 699, num. 2, et dec. 736, num. 6, pag. 5, tom. I, dec. 58, num. 3. (47. Beneficii vacatio probatur per mortem ultimi legitimi possessoris, et non factam adhuc de illo ullam legitimam canonicam provisionem. Unde, ad hoc ut sit valida Gratia *Si neutri*, debet fieri mentio illegitimæ, et non Canonice provisionis adversarii, seu ipsius intrusionis, et fructuum malæ perceptionis. Flamin. de Resignat. lib. 2, quæst. 3, num. 43. Barbosa loc. cit. num. 12. Rota p. 2, decis. 103, sub num. 1. In Gratia *Si neutri* attenditur data, non autem expeditionis tempus; Rota part. 11, decis. 124, num. 52. (48. Gratia *Si neutri* debet præsentari infra novem menses, et pro illius executione instari, alias remanet nulla; Rota part. 18, to. I, decis. 237, nu. 11. (49. Item debet intimari, quando agitur de privatione; Rota part. 2, decis. 99, n. 4. (50. Verum, ut dicatur intimata, sufficit eum, contra quem agitur fuisse citatum ad dicendum contra Gratiam; Rot. ibidem. (51. Gratia *Si neutri* non est subreptitia, ex eo, quod non sit facta mentio, quod colligens sit provisos Apostolicus; Gregor. dec. 150, per totum, (52. ubi num. 3 dicitur, quod hæc gratia ex Stylo Datarie conceditur proviso Apostolico etiam contra alium provisum Apostolicum; et num. 6, quod non est præjudicialis, quia non habet locum, nisi data invaliditate Gratiæ partis adversæ; Barb. l. c. n. 16 et 17.

(53. Gratia *in forma dignum* non est conditionalis, quia illa verba *quatenus idoneus reperitur*, respiciunt qualitatem idoneitatis, quæ de jure inest, et potius sonat in mentionem, et instruunt Executorem, ut intelligat, qualis esse debeat ille cui providet, et sic non reddunt Gratiam conditionalem, quoad ejus substantiam, sed tantum respectu executionis, et provisionis faciendæ, quæ est